



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 167. Ejusdem pertinacia, & Caucoliberim recessus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV.
A. C. 1416.

profectionem suam differret, vel enim cessurum Papatu Benedictum, vel se obsequio ejus nuncium missuros, quibus permotus Imperator Perpinianum suos ablegavit Oratores, qui denuo negotium istud promoverent.

§. CLXVII.

Benedicti pertinacia, & Caucoliberim recessus.

Nem. in vit.
Joan.
XXIII.

Verum spes prosperi eventus succisa est ambitiosi hujus Pontificis culpa, qui artibus suis, ac studiose quæsitis tergiversationibus unice moras neçtere satagebat. Ubi vero cunctos a sua obedientia defecturos animadvertit, clanculum Colibriam, seu Caucoliberim trajecit, quæ mari adjacet, & aliquot milliaribus Perpiniano distat. Illico rumor increbuit, id factum esse clandestinis Arragoniæ Regis consiliis, ut Benedicto Papatum asfereret, huncque perspecta rei difficultate Pontifici auctorem fuisse, ut clam in securitatis locum secederet, eoque sine Benedictum Colibriam contendisse. Fugientem insecuti sunt Barcinonenses, CæsarAugustani, Valentini, & Perpiniani, aliarumque urbium deputati, sed eum attingere desperantes, civitatem obsidione cingunt, ejusque triremes cum toto bellico apparatu, ne ultra eidem usui essent, destruunt.

destruunt. Dum igitur Benedictus ob-
 detur, adeunt eum duodecim ab Arra-
 gonum Rege missi Oratores, qui illum
 rogant, ut sine mora Perpinianum suos
 ablegaret Procuratores, plena cedendi, &
 Concilium agnoscendi potestate instru-
 ctos, iidem, si secus in pertinacia sua per-
 sisteret, se ad tollendum schisma magis
 congrua adhibituros media, comminan-
 tur.

§. CLXVIII.

*Benedictus semper pertinax Colibriz
 Paniscolam profugus.*

Quibus Benedictus respondit, inhære-
 re se propositionibus Perpiniani ex-
 positis, addens, se inde discessisse, quod
 ibi minus tutus esset, nec minori pericu-
 lo vitam suam Colibriz exponi, hinc da-
 turum se magis amplum responsum, si-
 mulac sedem invenisset plene liberam.
 Postea Cardinales ejus Perpinianum redi-
 re iussi sunt, qui tamen primo mandato
 non parvere, secundo autem vocati re-
 dierunt omnes, exceptis Cardinalibus
 suæ familiæ; Ipse vero relicta Colibriz
 Paniscolam se recepit, oppidum ad oram
 maris situm, idque munitissimum haud
 longe Dertosa distans. Ibi nunciatum
 est ei tertio, ni cederet Papatu, statu-
 tum esse omnia exequi, quæcunque ad

Sæcul. XV.
 A. C. 1416.

Vonder
 Hardt to. 2.
 p. 515.